




GEOR . CORB . CARL
NO . AP . PY . IU . IM . ET
PROC . CIV . MONAC

Respiration

96.....






ET OBSE VANTIA
UNIONE
LEGUM
CAROLUS VII ROM. IMP.
Carole, constanter calcabas Victor utramque
Sortem, et Virtuti vivere suetus eras.
Quidni ergo celebret Mundo post fata Triumphum,
Ut Laus Virtuti stet sine fine tuæ.
, C. P. S. R. I. Vicar.
Georg. Sigm. Rösch delineav. et sculps. Mon.

HISTORICA NOTITIA
RERUM BOICARUM
SYMBOLIS AC FIGURIS ÆNEIS ILLUSTRATA,
SUPERSTITI PRÆSERTIM
IN FUNERE
CAROLI VII.
ROMANORUM IMPERATORIS
SEMP. AUG.
VIRTUTUM TRIUMPHO,
SOLEMNIUM QUONDAM OCCASIONE
EXEQUIARUM,
ACCOMMODATA,
CUI ACCEDIT IN FINE ORATIO
FUNEBRIS IN LAUDEM OPTIMI
EJUSDEM CÆSARIS
ANNO 1745. Habita
A
P.D. JOANNE EDLWECKH Clerico Regulari, p. t.
Concionatore Actuali ad SS. Adelaidem &
Cajetanum Monachii.
Impensis JOANNIS GASTL, Bibliopolæ Pedepontani propè
Ratisbonam 1746.

Eines höchst-preißlichen Rheinischen-Reichs-Vicariats Gnädigstes Privilegium.

Von GOttes Gnaden Wir Maximilian Joseph

In Ober- und Nieder-Bayern, auch der Obern-Pfaltz Herzog/ Pfaltz-Graf bey Rhein/ des Heil. Röm. Reichs Ertz-Truchseß und Chur-Fürst/ dann in denen Landen des Rheins/ Schwaben und Fränckischen Rechtens dermahliger Fürseher und Vicarius, Land-Graf zu Leuchtenberg 2c. 2c.

BEkennen offentlich mit diesem Brief, und thun kund allermänniglich, daß uns unser lieber andächtiger D. Johann Edlweck Clericus Regularis demüthigst zu vernehmen gegeben, wasmassen unsere liebe andächtige regulirte Priester Theatiner-Ordens allhier in unserer Residentz-Stadt München das prächtige Trauer-Werck, welches im neulich verflossenen Monat Martio bey solenner Leich-Besingnuß Unsers in GOtt ruhenden Herrn Vatters Kayserl. Majestät Glorreichesten Gedächtnuß, in gedachter Ordens-Kirche aufgerichtet und gehalten worden, nunmehro würcklich unter dem Titul: Triumphus Virtutum in funere CAROLI VII. Rom. Imperatoris Semp. Aug. Superstes: nebst vielen Kupferen, und einer beygefügten Leich-Predig in einen offenen Druck bringen und verlegen lassen, dabey aber nicht unzeitig besorgen müsten, daß sothanes obwohl in einem dünnen Volumine in Folio bestehendes, dannoch aber wegen der vielen darinn enthaltenen künstlichen Kupfer-Stich und sonstigen Einrichtung halber so mühsam als kostbar fallendes Werck, von anderen Gewinn-süchtigen Leuthen nachgedruckt oder nachgestochen, auch dadurch diesem Werck guten Theils sein Schein/ Zierde, und Ansehen benommen werden dörffte, und Uns daher demüthigst gebetten, Wir ihnen über sothanes ihr allbereits in Druck gegebenes Trauer-Werck von höchsten Reichs-Vicariats-wegen ein Privilegium Impressorium zu ertheilen gnädigst geruhen wollten. Wann Wir dann gnädiglich angesehen, jetzt angedeutete demüthigste Bitte, auch die besondere Mühe und Fleiß benebst denen vielen Unkösten, so bey solchem Werck anzuwenden gewesen: So haben Wir ihnen die Gnad gethan, und Freyheit gegeben, thun solches auch Krafft dieses Briefs aus Reichs-Vicariats-Macht und Gewalt also und dergestalten, daß dieselbe mehrermeltes Trauer-Werck und angehefte Leich-Predig nicht nur offentlich ausgeben, sondern auch ihnen solches niemand ohne ihren ausdrücklichen Consens und Willen in dem Heil. Röm. Reich, sonderlich in denen Landen des Rheins, Schwaben und Fränckischen Rechtens, und an Enden in solch Unser Vicariat gehörig, innerhalb sechs Jahren, weder mit- noch ohne Kupfer, weder in klein- noch grossen Format, weder Stuckweiß die Kupfer, noch die Leich-Predig, unter was Schein das immer seyn möchte, nachdrucken/ oder nachstechen, nachmachen, und auflegen solle. Und gebiethen darauf, von oberwehnt Unserer Reichs-Vicariats-Macht, und Gewalt allen und jeden des Heil. Röm. Reichs, zugleich Unsers Churfürstenthums und Landen, Unterthanen und Getreuen, insonderheit aber allen Buchführern, Buchdruckern, Buchbindern, Kupferstechern, Buch- oder Kupfer-Verkaufferen/ bey Vermeydung fünff Marck-löthigen Golds, die ein jeder, so offt er freventlich darwider thäte, Uns halb in Unseren Reichs-Vicariats-Fiscum, und den andern halben Theil obgedachten regulirten Priesteren ohnnachläßig zu bezahlen verfallen

seyn

seyn solle, hiermit ernstlich, und wollen, daß ihr, oder einiger aus euch, oder jemand von euertwegen, offtgedachtes Werck innerhalb der bestimmten Zeit, obermeldter massen, nicht nachdrucket, nachstechet, nachmachet, feil habet, umtraget, oder verkauffet, noch auch solches anderen zu thun verstattet, in keine Weiß oder Wege, alles bey Vermeidung Unserer Ungnad und obbestimmter Straf des fünff Marck-löthigen Golds, auch Verliehrung desselben eueres Drucks, den Sie regulirte Priester, oder deren Befehlshaber mit Hülff- und Zuthuung eines jeden Orths Obrigkeit, wo sie dergleichen bey euch oder einem jeden finden würden, alsogleich aus eigenem Gewalt ohne Verhinderung männiglichs zu sich nehmen, und damit nach ihrem Gefallen, handlen und thun mögen. Geben in unserer Churfürstlichen Residentz-Stadt München, unter Unserm hervorgedruckten Reichs-Vicariats-Secret-Insigel den vierzehenden Tag Monats Junii, im Jahr Ein tausend sieben hundert fünff und viertzig.

Maximilian Joseph mppria.

Vt. Frantz Andrä Freyherr v. Praidlohn.
mppr.

L.S.

Ad Mandatum Sereniſſimi Domini
Electoris & Vicarij proprium.

Johann Georg v. Oechsel.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI MAXIMILIANO JOSEPHO

Utriusque Bavariæ, nec nôn Superioris Palatinatûs Duci, ac Electori &c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

D. JOANNES EDLWECKH
Clericus Regularis

FELICITATEM.

QUemadmodum funus *Caroli VII.* Augustissimi quondam Imperatoris ac Genitoris tui Pompâ Lugubri, qua nulla magnificentior esse potest, plangere voluisti, *Elector Serenissime*, & Tem-

 plum

plum meæ Congregationis *Clericorum Regularium* à Clarissimis Progenitoribus tuis munificentissimè erectum ad id muneris clementissimè elegisti: ita piissimus animus tuus mihi præbet ansam in unum fasciculum colligendi encomia, quibus nuper apparatu Litterario religiosissimis Votis tuis satisfacere jussus eram; quin & tibi demississimè nuncupandi, quod aliunde ex omni parte est tuum.

Ea ergo qua par est reverentia & obsequio ad Serenissimum Thronum tuum accedo, tibique venerabundè offero in se quidem exigua, Augusta tamen Laude prægrandia hæc Folia. De schemate, sub quo *Carolum* post funera mœrenti Orbi exhiberem, diu deliberandum mihi non fuit: perspexeram enim in eo excelsas illas Virtutes, queis undequaque claret Bavarorum Principum Nomen: perspexeram tot Heroicas, quas sive de prospera, sive de adversa Fortuna sine numero retulerat Victorias. Nihil inde magis proprium fore duxeram, quàm si ad Lugentium solamen *Virtutum Triumphum* adornarem; quo fieret, ut Cæsari Triumphanti Posthuma staret Gloria: Mundo verò admiranti vivida ante oculos Virtutis Idea obversaretur.

Neque hìc more eorum, qui hoc Litterarum genus scribunt, præclara cæterorum Majorum tuorum

rum facinora commemorabo, cùm talis tu ipſe ſis, qui aliena Virtutum decora propriis non modò æquas, ſed & Longè ac multis paraſangis ſuperas, eúmque te in viridi jam ætate probâſti, quem & temporum præſentium calamitates ſummæ, & rerum componendarum molimina quammaximè ardua ad commune Reipublicæ bonum ſibi poſtulare videbantur. Vix nuper, DEO auſpice, Regiminis clavum arripueras; Pietas ſtatim, Religio, Clementia, æquitas, reliquáque magni animi ornamenta in tam apertam prodiêre Lucem, ut Parentem Maximum in te redivivum ſibi boni omnes jure merito gratularentur. In eo quoque omnium deinceps Sæculorum memoriâ dignum te effeciſti, quòd extinctis bellorum quadrimorum disſidiis, optatam Tuis Pacem ac Tranquillitatem ictu oculi, ut ita dicam, glorioſisſimè reſtitueris, *Pater Patriæ* mox ſalutandus, quando vix ex Patris jure te exiviſſe Lætabundi conſpexeramus.

Deus igitur ter Opt. Max. te diutisſimè ſoſpitem ſervet, ut jactata Patria noſtra erigi, & *Triumphum Virtutum*, quem in extincto CAROLO amarè deflet, in te incolumi per plurima Luſtra agere feſtivè valeat, ac celebrare. Ita vovent, ita precantur Tui omnes, nemo tamen enixiùs, quàm

B mini-

minimus *Clericorum Regularium* Ordo, qui tibi ac Serenissimo Nomini tuo in Sæcula & devotus, & devinctus humillimè manet ob innumera propemodùm, quibus in Bavaria nullo non tempore cumulabatur, beneficia. Vale.



Castrum


POSTERITATI
CASTRUM DOLORIS
AUGUSTIS PARENTALIBUS CAROLI VII. ROMANORUM
IMPERATORIS MONACHII IN ELECTORALI TEMPLO
CLERICORUM REGULARIUM MENSE MARTIO ANNI
MDCCXLV ERECTUM.


M
O
Xav. Jungwierth Sc. Monachij.

POMPA FUNEBRIS
AUGUSTIS MANIBUS
IMP. CÆS.
CAROLI VII.
IN ELECTORALI
CLERICORUM REGULARIUM TEMPLO
MONACHII
SOLEMNISSIME
INSTRUCTA ATQUE DICATA
JUSSU ET PIETATE
SERENISSIMI PRINCIPIS, AC DOMINI,
DOMINI
MAXIMILIANI
JOSEPHI
ELECTORIS ET FILII.

QUamquam ampla ſuppeteret materiarum ſeges, unde Præludium fieret Auguſtæ Cæſaris Laudi: nihilo tamen ſeciùs temporum vertentium ordo calamum, deſiderio dicendi Licèt ardentem, à prolixiori ſermonis circuitu cogit abſtinere, eóque duntaxat intendere, ut præter ea,

quæ

quæ ad funebris Apparatûs notitiam capiendam summè necessaria sunt, adjungatur nihil, ne festinans prælum diutiùs retardetur, & tunc, inverso cursu, in Lucem prodire contingat tristia, quando sidera, quæ in proximo sunt, Bavariæ nostræ jamjam illuxerint jucundiora.

Missis itaque iis omnibus, quæ sive de gloriosissima æquè ac generosissima morte piissimè defuncti Imperatoris, sive de Luctuosa totius Civitatis facie, sive etiam de Augustis in deducendo funere Ritibus dicenda forent, id præ cæteris animadvertere operæ pretium erit, quòd corpus exanime, postquam balsamo fuisset delibutum, in Ecclesia *Clericorum Regularium* sub Altari Majori reliquis Bavariæ Principibus fuerit consepultum: Corde in una, Visceribus in alia reconditis Urna, quoad persolutis dein Exequiis, illud Oettingæ Virgini Thaumaturgæ demississimè offerretur; ista inclytæ hîc Monachii ad Divam item Virginem Collegiatæ, ubi Cineres Ludovici IV. Strenuissimi quondam ex Boico Sanguine Imperatoris quiescunt, in perpetuum traderentur custodienda.

Nulli inde aut Sumptui, aut Labori parcebatur, ut & Ornatus, & Moles assurgeret, qualis jacenti par esset Maximi Principis Majestati. Mausoleum affabrè constructum altitudine 120. Latitudine 45. pedes comprehendebat. Duodecim Columnæ suæ basi seu plano insistentes quadrilateram Sustentabant Pyramidem, in cujus Cuspide Corona Imperialis spectabatur. Magnificæ hujus Machinæ descriptionem Longiorem texere, supervacaneum putamus, quandoquidem eam graphicè excudi, hícque inseri pro Legentium commodo curavimus.

Porrò

Porrò Ornatui Litterario aliam non ſelegimus Ideam, quàm quæ in fronte hujus Operis Legitur: *Triumphus* videlicet *Virtutum*, & quidem earum præcipuè, quæ in Carolo erant ſummæ. Huc conſpirabant omnia ſive Symbola, ſive Elogia, ſive alia quæcunque ingenii monumenta hinc inde tum Doloris Caſtrum, tum Eccleſiæ ambitum illuſtrantia. Elogiis pro Corpore Symbolico ubique aptavimus Aquilam, non novis aut peregrinis, ſed conſuetis, communibus & obviis attributis ſignatam, prout virtutis cujusque, quam exhibebamus, ratio poſtulabat. Reliqua Emblemata vel ex floribus, vel ex ſideribus, vel ex aliis quibusdam vulgaribus Inſtrumentis, aut Inſignibus deprompſimus, ut primo ſtatim aſpectu noſtra intuentibus paterent animi ſenſa, nec ignota eſſent, per quæ Laudem Cæſaris ſingulis notam fieri oporteret.

Ad imum baſis per totam Eccleſiam in Imaginibus 52. eleganti penicillo adumbratis diſtribuimus Genealogiam Auguſtæ Domûs Boicæ juxta Seriem, quam eruditus Vir Chriſtophorus Gevvoldus à Carolo Magno auſpicatur, & meus P. D. Joſephus Maria Maraviglia (*) Bavaro nomini apprimè addictus, jam ab anno 1663. doctis inſtruxit notis. Exinde noverit Orbis, Auguſtum Carolum noſtrum (**) Magnorum Progenitorum ſuorum fuiſſe non tam imitatorem, quàm hæredem Seminum illorum, ex quibus tot præclari poſtea erupêre Virtutum fructus. Sub hiatibus arcuum, quorum ſex erant relatè ad ſex Sacella minora Eccleſiæ, ſex Facta illuſtria demortui Cæſaris pendebant, quatenùs hiſtoricè quoque repræſentaretur, quod de eodem aliæ picturæ eloquebantur Symbolicè.

Libentiſſimè profectò Emblemata & Corpora Reliqua figuris æneis inciſa dare optâſſemus, ſi per tempus

C Licuiſ-

(*) In Geneal. Seren. Bojar. Princip. (**) Vaticin. Glor. Bav.

Licuisset. At, ne omninò Lector sua voluptate destituatur, effigies saltem eorum, quæ principaliora sunt, hîc exhibebimus, cætera brevi duntaxat dictione indicaturi. Pro Coronide tandem existimabamus, non abs re fore, si ea, quæ in Laudem Caroli VII. Optimi quondam Imperatoris pro Concione diximus, huic funesto Operi adjungeremus.

Tu interim, benigne Lector, dum Virtutes defuncti Cæsaris admiraris, teipsum Virtutibus ornare stude, ut devictis Mundi illecebris, Triumphum olim in Cælis canere merearis. Nobis verò, si quid tanto Principe minûs dignum dixerimus, indulge, & memento, quàm difficile sit, oculos in Solem figere, quin eorum acies perstringatur. Vale.




ORDO INSCRIPTIONUM

Juxta distributionem, quam facere ubertas materiæ nos compulit.

PRI-


PRIMA INSCRIPTIO
AD LUCTUM INVITATORIA, EXTERIUS SUPRA PORTAM MAIOREM ECCLESIÆ APPENSA
SUB QUA IN TABULA DEPICTA ERANT SPOLIA DEFUNCTO CÆSARI A MORTE ABREPTA
INGREDIMINI POPULI:
TRIUMPHUM AGITE
NON IUBILIS, SED LACHRYMIS.
EHEU!
IMP. CÆS.
CAROLUS VII. SEMP. AUG.
QUI
VIRTUTE MAIESTATI PARI
CLARUIT VIVUS, IACET EXTINCTUS:
LUCULENTO SATIS ARGUMENTO,
PALLIDA QUOD MORS
PAUPERUM TABERNAS, REGUMQUE TURRES
ÆQUO PEDE
PULSET.
SUBLI MIA
FU NE RA
Nic. Stuber del.
Fr. Xaveri Iungwierth Sculps. Monachii.



SECUNDA INSCRIPTIO

Significabat, à quo & cui dedicaretur præſens Pompa funebris. Et, quia congruum videbatur habere locum ad Chori Coronidem, inter grandia quatuor defuncti Cæſaris Inſignia affixa fuit Velo nigro cruce alba transverſim interſecto, quo cooperiebatur Ara major.

IMP. CÆS.

CAROLO VII.

SEMP. AUG.

Armatis pacatísque Virtutibus
Conſpicuo Heroi,
Qui
Fidem Conſtantia, populorum Salutem
UNIONE & OBSERVANTIA
LEGUM,
Jura avita calamo & ferro
Strenuè defendit:
Pace infelicitèr exulante
In
Via Mortali,

 Anno

Anno Ætatis XLVIII. Regiminis III.
XIII. Kal. Februarii
primis ſub noctis vigilijs
ad Coelum piè abijt,
Pacem nacturus feliciorem
in
Termino Immortali.

MAXIMILIANUS JOSEPHUS

Filius,
S. R. I. Elector & Vicarius,
Irreparabili ingemiſcens jacturæ,
Solemni hoc doloris Triumpho,
Parenti Opt. Max.
Supremos conſecrat honores,
& Inter sVos
perpetVæ qVIetIs LoCVM
enIXè DoLens
eXhIbet.

TER-

TERTIA INSCRIPTIO

Bavariam monebat maximi beneficii, quod olim per interceſſionem S. Cajetani de Thiene Clericorum Regularium Fundatoris obtinuit, deſperata jam ſuorum Principum Succeſſione. Æquum inde erat, ut Aræ Laterali eidem Thaumaturgo Sacræ applicaretur, Cæſareis item marginata Inſignibus.

DIVO
CAJETANO THIENÆO
Ævi noſtri Thaumaturgo, Bavariæ Patrono
nunquam interitura
debentur Laudum præconia,
publica quòd olim exaudiêrit Vota,
FERDINANDO
M. & H. M.
ADELAIDI
pientiſsimis Principibus
In
MAXIMILIANO
EMMANUELE
diu deſideratum dando Hæredem.

Prodigio opus erat, ut nasceretur Heros,
quem Deus, non Natura donare potest.
Prodigium,
quod cœpit in Patre, ne desineret in Filio,

CAROLUS

ad ardua nonnisi natus, prodigium fecit seipsum
non Naturæ, sed Virtutis.
Tuum modò est, renovare Vota,
Prodigiorum memor Bavaria,
Prodigioso ut Avo & Patri
In

MAXIMILIANO
JOSEPHO

Superstitem Nepotem & Filium
inter Miracula Mundi statuat
diuturnior ætas.

QUAR-

QUARTA INSCRIPTIO

Alludebat ad Devotionem, quam CAROLUS erga Superos omnes profitebatur. Conſpiciebatur autem è regione antecedentis Inſcriptionis ante Aram Sacræ Familiæ pendula: ſuis etiam hæc redimita Inſignibus, ut nullum ex Altaribus principalioribus proprio ornamento careret.

DEO, VIRGINI,
CÆLITIBUS,
immortale ad præmium ſe ſiſtit
CAROLUS,
Qui inter Mortales ſibi omnium novit optimè
Deum, Virginem, Cælites
immortali devincire merito.
Ita
dominari hominibus conſueverat,
ut nunquam obliviſceretur Superis famulari,
Peregrinationibus, Donariis, Precibus
ſuam teſtatus Pietatem.

Anima pretiosius cùm haberet nihil,
solvi Vinculis non Pietatis, sed Carnis voluit,
gratum ut se Coelo munus redderet,
SUPERUM
sicut cultûs, ita gloriæ avidus.
Ne moreris ergo, quisquis CAROLUM quæris,
Pietate sequere,
& super Astra reperies
DEO, VIRGINI, CÆLITIBUS
conjunctum.

Inscriptiones,

Quæ sequuntur, quaquaversùs in Castro Doloris legebantur, partim Numismati seu effigiei Imperatoris, partim Urnæ Sepulchrali, & partim Simulachris Virtutum, aut Symbolis quibusdam appositæ. Ad quatuor angulos Urnæ quatuor stabant Præficæ non tam verbis, quàm dejectis, aut inversis Signis lugentes.

QUIN-

QUINTA INSCRIPTIO

Eadem erat, quam super Castro immediatè sub Numismate Cæsaris Caroli VII ipsa Pyramis tam versùs Portam Principem Ecclesiæ, quàm versùs Altare Majus conspicuam habebat. Phrasi quidem constabat brevî, sed Virtutum Triumpho, cui præludebat, peraccommodâ.

CAROLO VII.

Romanorum Imperatori
Virtutum Gloria
post mortem
ad immortalitatem Redivivo
non Ferale Mausoleum,
sed Triumphale

CAPITOLIUM.

SEXTA INSCRIPTIO

NOn una extitit, ſed multiplex; per modum tamen unius hoc in loco indicanda, quia nulla earum ſeorſim integram & complexam præſeferebat. Enim verò Mauſoleum, uti ſupra monuimus, in quadrilateram deſinebat Pyramidem. De facie ejusdem Pyramidis tam anteriori quàm poſteriori dictum jam eſt, quidnam ornamenti habuerit: utrobique nempe laureata Cæſaris effigies in Numiſmate depicta prominebat cum Inſcriptione paulò antè ſub numero quinto recenſita, & tam anteriùs quàm poſteriùs replicata. Lateri Pyramidis dextero inhærebat paritèr Numiſma, at continens partem priorem Symboli à Cæſare in Imperialium Faſcium ſuorum auſpicium quondam aſſumpti, videlicet UNIONE: Lateri ſiniſtro aliud Numiſma ejusmet Symboli partem alteram exprimens, id eſt, OBSERVANTIA LEGUM.

Quadrangula baſis, quæ Pyramidi ſubſtrata erat, innitebatur Capitellis, ſeu Capitulis duodecim Columnarum, & in quolibet latere inſerendæ Picturæ locum dabat. Quocirca, ex parte anteriori verſùs Portam Eccleſiæ, HISTORIAM actu in libro ſcribentem, adjecta voce: POSTERITATI. Ex parte poſteriori verſùs Altare majus GEOGRAPHIAM Globo terreſtri circinum infigentem, cùm dicto: PLUS ULTRA. A latere dextro VIRTUTEM MILITAREM generoſos ſpiritus depromentem, & inſcriptam: BELLO. A latere ſiniſtro VIRTUTEM CIVILEM Leges ſtatuentem, inſerta voce: PACE, pingi fecimus. Hæc profectò explicatione

non

non indigent; quoniam, si unà ritè conferantur, digito quasi monstrant, in quo situm sit Fundamentum Gloriæ, qua Augustissimus Cæsar CAROLUS VII. in Posterorum memoria perenniter triumphet.

Supernè Basis Pyramidis circumdabatur sculptis octo simulachris Virtutum, & quidem earum, quæ præcipuæ in CAROLO erant. Infernè inter quatuor angulos, quos efficiebant duodenæ Mausolei Columnæ, quatuor Virtutum Cardinalium figuræ item sculptæ visebantur. Ut brevitati consulamus, Virtutum duntaxat nuda nomina hìc innuemus, & Inscriptionem cujusque Basi insitam.

VERSUS PORTAM ECCLESIÆ.

VIRTUTES.

Clementia. Taciturnitas.

LEMMATA.

Ut salvet, non ut perdat. Arcanum ut servet.

Supernè. VIRTUTES.

Unio. Constantia.

LEMMATA.

in unum colligit. non cedit unquam.

VERSUS ARAM MAJOREM.

VIRTUTES.

Religio. Devotio.

Supernè. LEMMATA.

extorqueri vetat ad altum nititur.

VIRTUTES.

Sapientia. Magnanimitas.

Supernè. LEMMATA.

ad rectum ducit. Pusilla negligit.

VERSUS PORTAM ECCLESIÆ.

VIRTUTES.

Justitia. Prudentia.

Infernè. LEMMATA

æquo pondere. maturo consilio.

VERSUS ARAM MAJOREM.

VIRTUTES.

Temperantia. Fortitudo.

Infernè. LEMMATA.

retento medio. im̃oto pectore.

Sub Basi Pyramidis expansæ quatuor Aquilæ grandiores, innexis Bohemiæ, Bavariæ, nec non Austriæ Insignibus, condecorabant quatuor epistylia, seu *Architrabium*, ùt ex vulgari Architectonicorum stylo meus P. D. Hieronymus Vitalis (*) vocat, facies extimas.

Demum Columnæ ipsæ Trophæis tum militaribus, tum civilibus inter frequentes fulgurantium luminarium ordines mirificè resplendebant: nec erat, qui non eximiam artem & Architecti Jos. Effner V. C. paulò pòst apoplexiâ è vivis erepti, & peregregii Pictoris Nicol. Stuber; illius in condenda, istius in perficienda funebri Machina, attonitis oculis suspiceret, ac contemplaretur.

SEPTI-

(*) In Lexico Mathematico.



SEPTIMA INSCRIPTIO
URNÆ SEPULCHRALI SUPER CASTRI PLANO INSERTA, ET CUM
LUGENTIBUS PRÆFICIS AD EIUSDEM UNAMQUAMQUE
FACIEM DIVISIM CONSPICUA.
A latere dextro.
HIC SUA, QUID MIRUM, POPULI SI CORDA REPONANT,
QUIPPE SUAS SEQUITUR COR, UBI SERUAT OPES.
A latere Sinistro.
CÆSARIS HIC CINERES PROPERANS LIBYTHINA RECONDIT,
SIC HOMO THESAUROS CONDERE SÆPE SOLET.
CÆSARIS HIC CINERES.
Retro Legebatur.
POPULORUM HIC CORDA.
Nic. Stuber del.
F. Xav. Jungwierth Sc. Monachii.








OCTAVA INSCRIPTIO
DUPLEX ERAT, ET AD PARTEM TAM DEXTRAM QUAM SINISTRAM BASIS, CUI A DEXTRO CASTRI LATERE SIMULACHRUM LEONIS BOHEMICI INSISTEBAT, LEGEBATUR IN MEMORIAM GLORIOSE ACTORUM IN REGNO BOHEMIÆ.
15.
IMMORTALI GLORIÆ
BOHEMIA
Ad Latus Dextrum Basis.
AD INVIDIAM SÆCULORUM SUPERSTES ÆTERNITAS.
Ad Latus Sinistrum Basis.
MAGNUM ITER ASCENDIS, SED DAT TIBI GLORIA VIRES.
Propert. 4.
BAVARO SALOMONI.
EX PARTE POSTERIORI BASIS
CONSCENSIS MURIS.
Nic. Stuber del.
F. Xav. Iungwierth Sc. Monachij.




NONA INSCRIPTIO
DUPLEX ITEM ERAT, ET PARTEM TAM DEXTRAM QUAM SINISTRAM BASIS, CUI EX SINISTRO CASTRI LATERE SIMULACHRUM LEONIS BOICI INSIDEBAT, AFFABRE EXORNAVERAT IN PERPETUÆ GRATITUDINIS MONUMENTUM.
BAVARIA
Ad Latus Dextrum Basis.
IN AMORIS NUNQUAM INTERMORITURI APOTHEOSIN.
Ad Latus Sinistrum Basis.
I PEDE FAUSTO, GRANDIA LATURUS MERITORUM PRÆMIA.
Horat. L. 2. ep. 2.
AUSPICIO VIRTUTIS
EX PARTE POSTERIORI BASIS.
MULTA TULIT, FECITQUE.
Nic. Stuber del.
F. Xav. Jungwierth Sc. Monachii.




19.
DECIMA INSCRIPTIO
INTERIUS SUPRA PORTAM MAIOREM ECCLESIÆ IN MEDIO AFFIXA, TRANSI-
TORIAM MUNDI GLORIAM RESPICIEBAT.
CAROLUS VII.
D.G.
ROMANORUM IMPERATOR
FEL. AUG.
GERMANIÆ ET BOHEMIÆ
REX,
UTRIUSQUE BAVARIÆ ET PALATINATUS SUPERIORIS
DUX,
COMES PALATINUS RHENI,
ARCHIDUX AUSTRIÆ, S.R.I. ELECTOR,
LANDGRAVIUS LEICHTENBERGEN-
SIS
VIXIT
DONEC IN PUNCTO.
GLORIA QUAM FALLAX MUNDI! VOX UNICA DEMIT,
MAGNIFICI QUIDQUID NOMINIS ORBIS HABET.
FALLERET UT MUNDUM CAROLUS: DEDIT UNDIQUE NOMEN
VIRTUTI, QUOD VOX TOLLERE NULLA POTEST.
Nic. Stuber del.
F. Xav. Jungwierth Sc. Monachy.




VNDECIMA INSCRIPTIO


AD LATUS SINISTRUM MAIORIS INSCRIPTIONIS INTERIUS SUPRA PORTAM ECCLESIÆ PENDEBAT, CARMINE SAPPHICO=ADONIO EX SENECA DESUMPTO AD RERUM TERRENARUM CADUCITATEM ALLUDENS.

NEMO CONFIDAT NIMIUM SECUNDIS,
NEMO DESPERET MELIORA LAPSIS.
MISCET HÆC ILLIS, PROHIBETQUE CLOTHO
STARE FORTUNAM, ROTAT OMNE FATUM;
NEMO TAM DIVOS HABUIT FAVENTES,
CRASTINUM UT POSSIT POLLICERI SIBI:
RES DEUS NOSTRAS CELERI CITATAS
TURBINE VERSAT.

Seneca in Thyeste.


Nic Stuber del. F. Xav. Iungwierth Sc. Monachij





Nic. Stuber del. F. Xav. Iungwierth Sc. Monachij


SYMBOLUM
SYMBOLUM.
FACTUM HISTORICO-ILLUSTRE.
ELOGIUM.
ELOGIUM.
STEPHANUS SEN. BOI. D. C.P. R. ET SEPTEMUL.
IOANNES BOI. C.P. DUX R.
ERNESTUS BOI. C.P. DUX R.
ALBERTUS III. BOI. C.P. DUX R.
STRENUORUM DELICIUM. MANSUETUDINIS EXEMPLAR
TUMULTUUM SEDATOR. MUNDI CONTEMPTOR.
SCHEMA
PROSPECTUS LATERALIS ECCESIÆ, AD ORNATUM CUM SUO ORDINE PICTURARUM, INSCRIPTIONUM, LEMNISCORUM, AULÆORUM, VELLERUM, A SUMMO USQUE AD IMUM EX PARTE UNIUS ARCUS VERSUS PORTAM PRINCIPEM EXHIBENDUM.
Nic. Stuber del.
F. Xav. Jungwierth Sc. Monac.



ORDO ELOGIORUM *AC* SYMBOLORUM.

ALterum modò ſuppeditamus *Inſcriptionum* ordinem, eſtque ille idem, qui ornandis Lateribus Eccleſiæ ſervire debuit. Panni nigri ambitum omnem à vertice usque ad imam baſim veſtientes horridam quamdam Luctûs ſpeciem intuentium oculis injiciebant: eam ergo oportuit picturis, lemniſcis, aureis argenteisque Velleribus, Statuis, Funalibus ſparſim interpoſitis triumphali modo variegatam reddere, ut exterior apparatus ſuo Lepore Lenimentum dolori afferret.

A Presbyterio usque ad Portam Majorem ex parte tum dextra, tum ſiniſtra, ubi latiora patebant Columnarum ſpatia, Virtutes primùm in Aquilis adumbratæ, dein Elogiis commendatæ, Facultatis lapidariæ ope laconicè explicabantur, nec Auguſtior CAROLO eſſe poterat *Triumphi* gloria, quàm quæ ex Imperio ſumma cum nominis celebritate adminiſtrato & grandium Factorum recenſione proficiſcebatur. Brevitas temporis nos ſtylum invertere compulit, & interrupta figurarum æncarum ſerie, nudis duntaxat ac paucis verbis Emblematum ſeu Symbolorum, quæ ſubnectuntur, Corpora exprimere.

ELOGIUM I.

UNIO FIRMANDÆ REIPUBLICÆ APPRIME UTILIS, CAROLO quammaximè cordi.

SYMBOLUM.

Aquila Romanos Fasces unà colligatos unguibus tenens, & in altum volans.

LEMMA.

Vis unita fortior.

ROmanos Fasces exhibens R. I. Aquila
Symbolum proponit ab electo Imperatore
in sui præsagium Regiminis electum.
Vis unita fortior, non unita debilior:
illa ad consolandum, hæc ad desolandum
nata, cùm Regnum
divisum in se desoletur, consoletur indivisum.
De utriusque veritate ut erudiret Mundum
CAROLUS,
fœdus condidit, quo fortitudinem docuit
argumento UNIONIS.

Strin-

Strinxiſſe ſors non putes,
adverſa quòd ſors ſubmiſerit partem pro toto,
detraxerit aliquos, quò debilitaret omnes?
Falleris:
ſi non feliciùs, ſtrinxit glorioſiùs,
qui in fœdere diſcordes dum reperit aliquos,
virtute effecit,
in ſui ut æſtimatione concordes haberet omnes;
comitate non ſemel hoſtium victor.
Utilitatis publicæ ſtudioſior quàm ſuæ.
bonum privatum poſtpoſuit communi,
unitus eſſe mallens quàm unus,
conſilio nonniſi bono
ad bonorum utpote omnium redundantiam
ordinato.
Verbo:
Priſca & aurea Sæcula,
ubi credentium cor unum & anima una,
reducere dum voluit, non valuit

CAROLUS;

illuc unicè contendit
ubi unus Paſtor & unum Ovile,
ut in jucunda unitate unitus DEO
requieſceret in æternum.

ELOGIUM II.

OBSERVANTIA LEGUM

A

CAROLO

Inter primas Regiminis Sui curas
conſtituta.

SYMBOLUM.

Aquila, quæ in faſtigio eminentioris cujusdam Rupis Nidum conſtruit.

LEMMA.

In arduis ſolidè.

INſtruit, dum ſolidè in arduis nidum conſtruit
ædificandi in arte magiſtra
Aquila.
Artis hujus CAROLUS non ignarus,
ſolidam conſtructurus fabricam celſitudinis,
primis in curis habuit
de fundamento cogitare ſolidæ fortitudinis:
nec aliud reperit, quàm quod obſervantia Legum
peperit.

Obſer-

Obſervantia legum ea ſemper baſis erat,
cui innixa Regnorum proſperitas
inconcuſſa perſiſteret, benè fundata maneret.
Hanc inde ſibi adſcivit in Symbolum,
ſolidæ ut proluderet populorum felicitati.
Aurea profectò cogitatio,
truculentus niſi Mavors ſæculum feciſſet ferreum,
ubi una lex, legem ſervare nullam.
Vah triſte ſilentium,
quo armorum inter ſtrepitus Leges tacent,
fas obmuteſcit, nefas invaleſcit:
ſola ſcelera altum clamant,
provocato ad vindictam Cælo!
Quoniam igitur malè audiens Mundus
inter arma renuit audire vocem Cæſaris,
ad juris ac æqui obſervantiam provocantis:
Ne tot mala terram inundantia
audiret aut videret,
mox oculos clauſit & aures,
egreſſus Mundum,
ingreſſus eſt Domum æternitatis
in ſolida fundatam Pace.

ELOGIUM III.

CULTUS VIRGINIS IMMACULATÆ

A

CAROLO

præclaris pietatis monumentis illustratus.

SYMBOLUM.

Aquila ad Auroram conversa excitatur ad volandum amore lucis.

LEMMA.

Trahit prænuncia lucis.

Solis visendi ardor,
quo
pennatæ gentis Imperator Ales
exæstuat,
nec moram indulget,
nec requiem,
quò minùs, simul atque illuxerit
Aurora
venturæ prænuncia lucis,

alas

alas cum corde
erigat,
ac illuc volatum dirigat,
aureum ubi Solem delitescere adnimadvertit.
Per Auroram
(auream verè pro Salute humani generis horam)
Deiparentem, Divini Solis Genitricem
designari quis ignoret?
In hanc oculos fixit, quamdiu inter Mortales vixit

CAROLUS,

in motu semper, ut quiesceret nonnisi,
ubi clariores Virgineæ Lucis scintillare cernebat
radios.
Oettinga in Bavaria, in Italia Lauretum
Pietatem Bavarorum Principum antiquam
stupuit novam,
quando
ante Dominam, per quam stat Orbis,
procumbere CAROLUM vidit mox Orbis Dominum.
Porrò de ardenti in Virginem affectu
ne unquam dubitaret Mundus,
tot juratos produxit Testes, quot Equites creavit
illibatum Virginis conceptum
defendere paratos.
Per te ergo, Virgo potentissima,
ad Solis ortum perveniat occasûs nescium,
qui per te nunquam non quæsivit
Lumen indeficiens.
Lux æterna luceat ei, ad quam trahit
prænuncia lucis.

ELOGIUM IV.

RELIGIONIS VIRTUS
IN
CAROLO
Majorum æmulatrix.

SYMBOLUM.

Junior quædam Aquila ſubſequitur alias grandiores ad Solem prævolantes.

LEMMA.

Suorum ad Exemplum.

QUæ Solem inter & Aquilam Sympathia,
ea ſemper erat, eſt, & erit
Auguſtis BAVARIÆ Principibus
Orthodoxam erga Religionem Zeli prærogativa,
ſibi derogari viſa,
tantum Leones in Terris imitari,
Niſi quoque Aquilas in Cælis æmularetur.
Sublimis hujus viæ Suorum ad Exemplum tenax
CAROLUS
Progenitores ita expreſsit Religione,
acſi Virtutibus non expreſsiſſet reliquis.

Ecclesiæ inde causam comunem sibi fecit propriã,
æqua pietate
se gerens Filium, ac illa Matrem.
Plus solicitus
pro Domo Domini, quàm Cicero pro sua,
in eo fuit totus,
ut Pacem, quam nequivit Regno,
integram daret Sacerdotio,
paratus,
Vitæ & Fortunæ Bona Fidei lucro cedere.
Quo Zelo duce
in barbaros excurrit Thraces,
Suis non tam Dux, quàm laboris Comes:
nec sibi pepercit,
ne Ottomanica in Luna juratis Fidei hostibus
parceret.
Usque adeo ardorem in iis,
quæ ad veri Numinis Cultum pertinent,
pertinere ad se credidit,
ut incertum sit,
Magìs efferbuerit
pro Aris vindex, an ad Aras supplex.
Ædepol!
Si in aliis ex ungue capis fortitudinis argumentum,
in CAROLO terminos immuta,
& ex concordi cum Suis Religione infer,
Concordi ad summam Dignitatem suffragio
quàm fuerit dignus.

ELOGIUM V.

PRUDENTIA
CAROLI

In regendis ritè populis dilaudata.

SYMBOLUM.

Aquila ex alto in vallem oculos conjiciens, & natantes in ſtagno piſces proſpectans.

L E M M A.

Cernit acutè.

IN Cælo ſurſum, & in terra deorſum
Quæcunque latent, patent ad oculum
Aquilæ acutè cernentis perſpicaciſſimum.
Eundem
Omnia rimantis PRUDENTIÆ oculum,
Qui in oculatiſſimo Romani Imperii Capite
Luculenter non perſpexerit, caruerit, oportet,
Oculis.

Æquo

Æquo adeo librabat pondere & dicta & facta

CAROLUS,

Ut essent Regulæ instar
Universo Orbi.
Quia nil magis cordi habuit,
Quàm Rempublicam regere juxta cor Dei,
Consilia repetiit à Consiliariis,
Quos verè noverat ambulare cum Deo,
At,
Nequid deesset Prudentiæ, Suis prospexit in sæcula,
Optimis consiliis perennando seipsum in filio,
Cui Deus annos addat Patri ademptos,
Ut amissum quod dolet
in

CAROLO,

Restitutum gratuletur cum fœnore
in

MAXIMILIANO
JOSEPHO

Lugens Germania.

ELOGIUM VI.

JUSTITIA
CAROLI

nec probis, nec improbis debere, ſed
ſuum cuique tribuere ſolita.

SYMBOLUM.

Aquila hinc coronam, illinc gladium geſtans.

LEMMA.

Hinc probis, illinc improbis.

DUm virtus præmiis afficitur,
vitium ſuppliciis;
datur
hinc probis, illinc improbis,
quod cuique eſt ſuum.
Id
manutenendum docent ungues Aquilæ,
quando iis, qui nec latum unguem
à JUSTITIA deflectunt,

coro-

coronam in præmium porrigunt,
illis verò, qui unguibus malitiæ jura lacerant,
gladium in vindictam intentant.
Cura, ſtudium, & labor
Juſti & Auguſti Cæſaris
jugitèr fuit,
ut tollerentur improbi, probi extollerentur,
utrisque
juxta menſuram meriti & demeriti
aut impertiri favorem, aut emetiri rigorem,
ut extirparet vitia, virtutes implantaret.
Circulum illum vitioſum,
quo
impii in circuitu ambulant,
gladio abbreviavit:
Auguſtam viam, quæ ducit ad Cælum,
ut redderet auguſtiorem,
revolvere nil impenſiùs eſt viſus,
niſi illam Domini ſententiam:
Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari,
& quæ DEI DEO.
Ne implendam Juſtitiæ Legem doceret
duntaxat verbo,
ſtrenuè præivit exemplo,
ſuum cuique tribuens:
Imperium Mundo, Corpus tumulo, Animam Cælo.

ELOGIUM VII.

FORTITUDINIS ROBUR IN PECTORE CAROLI inconcuſſum.

SYMBOLUM.

Aquila adverſus fulgura & fulmina imperterritè volans.

LEMMA.

Contrà audentior.

FOrtis animi eſt,
ad incuſſos à fulminante Jove terrores ſtare
inconcuſſum.
Inter volantia fulminum agmina
intrepida facie
volantem cernimus Jovis armigerum alitem:
haud aliter inter fragores caſtrorum
cordatiſſimus CAROLI animus,
quàm ille adverſus minas aſtrorum,

Stetit

Stetit semper, concidit unquam,
sed contrà audentior ivit.
Si Romanorum est, agere & pati fortia,
multò magis suum esse duxit
Imperator Romanorum.
Ut fortiter ageret, subegit seipsum, Victor sui:
Ut pateretur fortiter, nihil non passus patienter,
in hoc solo impatiens,
quòd nil superesset, quod pati posset
nisi vitæ jacturam.
Suos ad bellum non tam misit, quàm ipse deduxit,
ruens persæpè in pericula primus,
ubi privilegio honoris poterat esse postremus.
Nec mori timuit,
crebros qui inter dolores
Meliùs quàm artem moriendi didicerat nihil.
Tandem,
quò septimum ex CAROLIS ageret veriùs,
Septimi numeri, qui quietis est index,
omen implevit maturiùs.
Sabbatum quietis,
quod pretio laboris nequivit Imperio,
pretiosa morte feliciùs sibi coëmit imperanti,
sustinere mox cessans nomine Septimo Orbem,
quem DEUS cessavit die septima exstruere.

ELOGIUM VIII.

TEMPERANTIÆ LEGES
A
CAROLO
ſtrictiſsimè cuſtoditæ.

SYMBOLUM.

Aquila avidè Soli exorienti advolat.

LEMMA.

Viſu, non eſu.

OCcupari aliis poteſt, ſatiari non poteſt
Aquilæ ſublime ſapientis nobilior ſitis & fames
ſolius nonniſi intuitu ſolis,
quamquam ad menſam adeò luminoſam
quotidie epuletur ſplendidè non eſu, ſed viſu.
CAROLO ad ſobrietatem ſapienti
ad menſam non ſapuit, niſi ſobrietas.
Hujus legibus ut obtemperaret,

ab

ab eduliis, quæ mundus condit ſuis fallaciis,
ſibi nunquam non temperavit,
Oſor eorum, qui intemperantiam amant,
& amator eorum, qui ſobrietatem non odirent.
Quam temperandi Legem
Auguſtæ Domui Bavaricæ
nullo non tempore ſacroſanctam
CAROLUS dum vixit, tam coluit impensè,
Ut in eo, quod in aliis eſt virtus, videretur natura.
Priusquam aliis imperaret, imperavit ſibi,
effrænes in ſeipſo refrænando paſſiones,
devictis etiam motibus vel primo primis,
eò æquioribus, quò iniquiora perpeſſus.
Extremam chariſſimorum pignorum jacturam
planxit, moderato aſt luctu;
grato animo reddens Deo,
quod gratìs Deus donaverat Mundo.
in omnibus reperit vanitatem, nullibi ſaturitatem,
Salomoni non diſſimilis, nec magno impar
Macedoni,
cui unus non ſuffecerat Orbis.
Sacratiori inde exæſtuans ſiti,
ſobriè, juſtè, piè,
è mortali ad immortalem tranſivit vitam,
ut inebriaretur ab ubertate Domûs DEI,
æmulator Auguſtus Pſaltis Regii
Satiari nonniſi cupientis, cùm apparuerit gloria ejus.

ELOGIUM IX.

CLEMENTIA CAROLI

ab impenſo benefaciendi ſtudio commendata.

SYMBOLUM.

Aquila de præda ſua alias aves paſcens.

LEMMA.

Quod habet, tribuit.

AQuila non ſe reputat Aquilam,
Niſi ſuis liberaliter tribuat de ſuo,
Prædámque indigentibus diſtribuat ex aſſe.
Aquilam ſe hoc quoque in puncto exhibuit
CAROLUS,
De quo problema eſto:
promptiori animo
Supplicum audiret petita, an petere auderent
ſupplices.
Olympo æquari eſt viſus

Non

Non alio quàm affectu CLEMENTIÆ,
Qua Principes Diis comparantur: æquè im̃ortales,
Sicut isti;
Hoc solo cum discrimine,
Quòd hi in Cælis viverent, illi in animis hominum
Nunquam morituri.
Quò subditos verteret in filios, beneficiis evasit
Pater,
Nunquam lætior, quàm cùm fecisset lætari & alios.
Si ora hominum tacerent, loquerentur æra
In pauperum levamen liberali manu sparsa.
Quin, tacentibus etiam his,
Lapides & saxa non tacerent, tot præsertim
Templorum, Monasteriorum, Nosocomiorum,
In quæ piè dilapidavit opes, ut opem hauriret
ad animæ salutem.
Vivum forsan testimonium quæris? Domus hæc
Thienæo sacra
Quamdiu stabit, reddet.
At punctum nondum satis.
Ut punctum in hoc puncto negligeret nullum,
Utile commiscuit suavi,
Moris suavitati addendo oris affabilitatem,
Qua in obsequium imperantis rapuit
unà cum Exteris
Corda Suorum.
Vestras ergo consecrate Lachrymas,
Cui debetis, quotquot habetis delicias.

ELOGIUM X.

MAGNANIMITAS CAROLI

despectis præsertim invidorum conatibus in Orbe celebris.

SYMBOLUM.

Aquila circumvolantibus muscis & crabronibus non impediri se sinens, quò minùs ad Solem tendat,

LEMMA.

Non capit muscas.

Magnos magna decent: Aquila non capit muscas,
dedignata, indignis se crabronum agminibus
à cœpto ad altiora itinere
retardari.
MAGNANIMITATIS Carolinæ effigies hæc est
nil humile sed sublime sapientis.
Esto volitârint passim per compita
injuriosa Supremæ Majestati convitia:
malè

male ſonantia muſcarum murmura,
ceu ningat in æthere floccis,
valuêre nonniſi ut penderentur flocci.
Regalitèr immemor iræ, infra iram collocabat
inferiorum hominum dicteria,
parvi faciens,
Quidquid magni nomenclaturam non haberet.
Nemo in parvo magnus,
& ideo, ne magnus non eſſet,
parva deſpexit, magna reſpexit,
comitatu, ædificiis, munificentia
ter magnus.
Verùm magna aliàs iſthæc ſunto;
animi ſui magnitudine minora reputans,
feſtinavit ad majora, Cælo quàm Terra dignior.
Ut ergo magni nominis impleret non umbram,
ſed menſuram,
in paucis implevit tempora multa,
ex tempore ad æternitatem avolans,
ubi caperet, quod cuperet
ſolius Dei capax animus.

ELOGIUM XI.

SAPIENTIÆ LAUS
IN
CAROLO
tam ſingularis, ut communi voce
Alter SALOMON audiêrit.

SYMBOLUM.

Aquila paulatim de terra ſurſum ad ſublimiora avolans.

LEMMA.

Per Inferiora ad Superiora.

REgina volucrum Aquila
non ſaltu ſed volatu ad altiora enititur,
inferioribus emenſis aëris Regionibus,
alarum remigio paulatim ſublimata.
Cæcus ſit, neceſſe eſt,
Qui vel Solem in meridie, vel Regiam Solis avem
Luce meridiana clariùs non ſuſpexerit
in
CAROLO.

Alæ,

Alæ, quibus
per inferiora litterarum ſtudia evolaverat
ad ſuperiora,
Summa erat ingenii felicitas, & ſciendi non impar
aviditas:
illa ad ſumma natus, hac ad ſublimia animatus,
utriusque ſubſidio ita brevì apparuit exornatus,
ut in eo,
quod admirarentur, Scholæ haberent ſingulæ;
Theologia gratiam, naturam Philoſophia,
Ethica mores,
grandia facta Hiſtoria.
Oraculum in eo ſingulare,
quod non tantùm aures, ſed etiam oculos erudiret.
Philoſophiam defendit publicè, quò publica
feliciùs
defenderet Regna,
quæ tum demum ſolent eſſe beata,
quando aut philoſophi regnant,
aut Reges philoſophantur.
Alienis imbutus linguis, uti ſuis,
diverſis, ceu alter Mithridates, Gentibus
& loqui calluit, & loquentes intellexit,
celebrandus omnium æternùm linguis.
Quid multis?
ſi dici ex Philoſopho ſequitur ad eſſe,
noſtri ævi Salomon meritò dicetur CAROLUS,
quia fuit. Eheu! fuit
è noſtro conſpectu ablatus.
Ad Divinæ Sapientiæ contemplationem abijt,
dum obijt.

ELOGIUM XII.

TACITURNITAS
IN SECRETIS CONTEGENDIS
INTER PRÆCELLENTIORES ANIMI DOTES

CAROLO

adnumeranda.

SYMBOLUM.

Aquila, quatenùs in inaccessibili caute super suis pullis vigilat.

LEMMA.

Homini via pervia nulli.

UT Pullos Partúsque suos eò cautiùs custodiat,
Non sine alto consilio in inaccessibili caute
Nidum collocat sapiens architecta,
eò tectiores existimans, quò remotiores.
Consilia magnorum Principum thesauri sunt:
deprædari desiderat,
qui thesauros hosce publicè portat in via.

Homi-

Homini ergo via eligenda eſt pervia nulli,
quò recondantur,
ut operta ſerventur & ſervent,
quæ aperta perduntur & perdunt.
Os & cor CAROLI talis erat via,
omnibus invia, nulli pervia;
ſecretorum cuſtos tutiſsima:
firma ſemper politicorum Gnome;
ſibi priùs tacendum, quod volumus tacere alios.
Quod ab aliis voluit fieri,
à ſemetipſo priùs maluit obſervari.
Ne concepta conſilia paterent,
aut detectis conſiliis
paterentur concipientes,
conſultum ante omnia duxit
omnium auribus & oculis occulere ea pro viribus,
Pythagoræ ſilentiū ex privato publicum faciens
Mundi Monarcha.
Atqui,
poſtquam inacceſſam hanc viam & nulli perviam
ambulare in vivis deſiit, è via in Patriam abiit,
lucem ut quoque ibi inhabitaret
inacceſsabilem.

ELOGIUM XIII.

CONSTANTIÆ
CORONAM
CAROLUS
inter adverſa glorioſè promeritus.

SYMBOLUM.

Aquila non obſtantibus Nubium fulgurantium minis ad Solem contendens.

LEMMA.

Non cedam, donec perveniam.

Mugiant tonitrua, coruſcent fulgura,
ruant fulmina, & fractus illabatur orbis,
impavidum feriet Aquilæ caput ruina.
Non cedere, Sed contra andentiùs ire
fixum firmúmque manet,
donec ad præfixam ſibi metam pervenire detur.
Conſtantiæ ideam, quam cernitis in Aquila,
in CAROLO ſtupete.
Res digna calamo, non cedere calamitati:

Et

Et digna calamo calamitoſo hoc Tempore,
& digna cedro, frangi neſcia
& tulit, & fecit CAROLI conſtantia,
impugnata Sæpe, expugnata nunquam.
Noſcite vel ex hoc ſolo ungue in Aquila Leonem.
Fortunam ut vinceret CAROLUS conſtantem
in ſola inconſtantia,
nec adverſa dejici, nec ſecunda extolli,
neutra ſe eſt paſſus mutari.
In continuis motibus immotus,
Deo non minùs, quàm ei quocum fœdus pepigit,
integram ſervavit fidem,
in eo duntaxat inconſtans,
Quòd metum Martis & mortis cadentem
in conſtantem virum
in ſe cadere haud permiſerit.
Inter utriusque angores & agones,
etiam poſtquam in lethalem cecidit morbum,
animo ſtetit erectus,
Symbolo Cæſare digno, quem mori decet ſtantem.
A ſubdola ne circumveniretur morte,
muniri præmaturè ſe fecit fortium cibo,
ut mereretur cum eo uniri,
qui in perpetuas Æternitates ſatiat fortes.
Inter Heroicos virtutum actus,
ſuis ululantibus, lachrymantibus exteris,
ſupremum vitæ actum clauſit,
futuri ſæculi digniſſimus corona,
quam ſola perſeverantibus imponit
CONSTANTIA.

ELOGIUM XIV.

SOLERTIA CAROLI

In explorandis qualitatibus eorum, quos ad ſubditorum Regimen promoveret.

SYMBOLUM.

Aquila pullos ad lumen Solis probans, priusquam in numerum ſuorum adoptet.

L E M M A.

Indolem explorat.

Pullos & probat & fovet ſuos Aquila,
Dum indolem ad Lumen Solis explorat,
nullum fovens,
Niſi quem Lucis ſplendor probâſſet Aquilam.
Naturam Aquilæ CAROLUS arte
Non tam imitari quàm vincere eſt viſus,
quoties alios præponere alijs cogeret
adminiſtrandæ Reipublicæ
cura.

Eorum quos fovit ad culmen honoris,
Ingenium, confcientiam, fidem probavit ad trutinam æquitatis,
ut tot fubditos
Per feipfum cùm fæpè nequiret,
Regeret femper per fimillimos fibi.
Sint prolixæ aliàs Magnorum Principum Ideæ,
Quas ad rectum Regimen concipiunt:
CAROLUS
Tam longum iter confecit compendio,
probatos nonnifi volens præeffe,
Quo populos redderet undequaque probos.
Alta maneat mente repofta hæc Regiminis epitome,
Et iis fit cordi, qui habenas Reipublicæ tenent.
Lucerna profectò accendi
Ad falutem publicam illuftrior non poteft,
quàm fi in iis, qui fupra Candelabrum funt,
non tam veteres Ceræ effulgent quàm veterum mores,
Et fcalæ ad altiora conftituuntur Scholæ.
Perge igitur Cæfar
Dignifsime ut augeas Cælum,
Dignioribus qui auxeras terram.

ORDO
EPIGRAMMATUM EMBLEMATICORUM.

DIstabant inter ſe Picturæ SYMBOLORUM cum ſuis ELOGIIS, ita ut Vacuum hinc inde diſſeminatum appareret. Quocirca implendi pariter erant hiatus illi alijs, & quidem Situi reſpondentibus monumentis. E re ad intercalandum videbantur Epigrammata explicandis ſuis Emblematis adiecta. Hæc inde hîc ſub nomine EPIGRAMMATUM EMBLEMATICORUM adnectimus.

Quoniam verò Situs modò majus, modò minus ſpatium ſuppeditabat; Tabulæ Picturarum, modò unius, modò diverſæ formæ eſſe debuerunt. Quamobrem in tres Claſſes ſejunximus Epigrammata juxta tres reſpectivè partes, priorem videlicet, mediam, & poſteriorem, in quas Eccleſia ipſa diſpeſcitur.

Priori parti, nempe à Choro usque ad utramque Alam lateralem, applicavimus quatuor Epigrammata luctum Auguſtiſsimæ Conjugis, quaternæ Prolis, Univerſæ Domûs Boicæ, & Bojariæ ex totidem Emblematis declarantia. Mediæ, ad utramque ſcilicet Alam lateralem, impendimus quatuor Epigrammata cum paribus Emblematis, Caroli in Superos cultum, ſuperorum in Carolum Patrocinium, hinc ad dextram propè Altare S. Cajetani; illinc ad ſiniſtram propè Altare S. Familiæ, commendantia. Parti poſteriori usque ad Portam Eccleſiæ innexuimus quatuor alia Epigrammata, & quatuor item Emblemata Encomiaſtica, partim Cæſari ſoli propria, partim Cæſari cum ſuis communia.

Figurarum æ̈nearum ſeriem brevitate temporis paulò interruptam recudimus, & quæ ſuperſunt, ſcalptoris arte ad vivum oculis ſubjicimus, ſubſecuturo poſtea alio FACTORUM HISTORICO-ILLUSTRIUM Ordine, qui hiatus Arcuum relatè ad ſex Sacella minora per ambitum Eccleſiæ occupabat, atque explebat.


EPI-

EPIGRAMMA EMBLEMATICUM
I.
EXTREMO AUGUSTISSIMÆ IMPERATRICIS VIDUÆ OB AMISSUM AUGUSTISSIMUM CONIUGEM LUCTUI APPROPRIATUM.





EPIGRAMMA EMBLEMATICUM
II.
PROFUSAS A QUATERNA SERENISSIMA PROLE IN OPT. MAX. PARENTIS MORTE LACHRYMAS EXPRIMENS.



A latere Epistolæ in Presbyterio, et quidem primo loco expositum.

Nic. Stuber del. *F. Xav. Jungwierth Sc. Monachÿ.*

EPIGRAMMA EMBLEMATICUM
III.

ATRAM SERENISSIMÆ STIRPIS BOICÆ UNIVERSÆ MOESTITIAM EX FUNESTA AUGUSTI SOLIS ECLIPSI DECLARANS.



A latere Evangelii in Presbyterio, et quidem Secundo loco appensum.


Nic. Stuber del. — F. Xav. Jungwierth Sc. Monachii.





EPIGRAMMA EMBLEMATICUM IV.


INTIMUM DOLORIS SENSUM BAVARORUM PRÆSERTIM ANIMIS INHÆRENTEM OB ADEMPTUM EXIMIUM PRINCIPEM SUUM RESPICIENS.




EPIGRAMMA EMBLEMATICUM
V.
AD PATROCINIUM S. CAIETANI BOIARIÆ PATRONI ALLUDENS EX UNO LATERE ARÆ EIDEM THAUMATURGO SACRÆ.
65.
ARDOREM UMBRA LENIT.
ÆSTUET IN FESSUM SOL URENS, ESTO, LEONEM,
ARDOREM, PLATANI QUÆ TEGIT UMBRA, LENIT.
SI TONAT ADVERSIS EREBUS; LEO BOIICE, REBUS
ECCE! THIENÆUS TUTA FIT UMBRA TUIS.
Ad alam dextram Ecclesiæ
Nic. Stuber del.
F. Xav. Iungwierth Sc. Monachij.




EPIGRAMMA EMBLEMATICUM
VI.
S. CAIETANI IN CAROLUM BENEFICENTIAM DILAUDANS EX ALTERO LATERE ARÆ EIDEM CÆLITI NUNCUPATÆ.
67.
CÆLESTI RORE NUTRITUR.
IN TERRIS ORITUR, CÆLESTI AT RORE NUTRITUR
UNIO, CUI PRIMOS DAT MARIS UNDA DIES.
QUOT DONA E CÆLO CAROLO FLUXERE, THIENES
QUEM SIBI TUTELA FECERAT ESSE SUUM?
Ad alam dextram Ecclesiæ
Nic. Stuber del.
F. Xav. Jungwierth Sc. Monachij.




EPIGRAMMA EMBLEMATICUM VII.

CAROLI PIETATEM IN SUPEROS COMMEMORANS EX LATERE DEXTRO ARÆ S. FAMILIÆ DEDICATÆ.



EPIGRAMMA EMBLEMATICUM VIII.

INTUENTIUM ANIMIS PIETATEM ERGA SUPEROS EX CAROLI EXEMPLO INSPIRANS EX LATERE SINISTRO ARÆ S. FAMILIÆ INSCRIPTÆ.



EPIGRAMMA EMBLEMATICUM IX.


A GRANDIBUS FACTIS GLORIAM IMMORTALEM CAROLO AUSPICATUM.





Per ambitum seu partem posteriorem Ecclesiæ à latere dextro.

Nic. Stuber del. F. Xav. Iungwierth Sc. Monach.




EPIGRAMMA EMBLEMATICUM
X.
MUNIFICENTIAM IN CAROLO AD PERPETUAM POSTERORUM MEMORIAM EXTOLLENS.
VIVIT POST FUNERA
SOL LICET OCCIDUUS IAMIAM TUMULETUR IN UNDIS
HESPERIIS: VIVIT; NEC TAMEN INDE PERIT.
VIVES IN GRATA POST FUNERA MENTE TUORUM
CAROLE, QUI, CEU SOL, MUNERA LARGA DABAS.
Per ambitum seu partem posteriorem Ecclesiæ à latere sinistro.
Nic. Stuber del.
F. Xav. Iungwierth Sc. Monach.




EPIGRAMMA EMBLEMATICUM
XI.
COMMUNEM AUGUSTO PATRI ET SERENISSIMO FILIO, CAROLO ET
MAXIMILIANO IOSEPHO, LAUDEM ATTEXENS.
MONSTRATUR IN ORBE.
ISARA
SOL MICAT IN COELIS UNUS, MONSTRATUR IN ORBE,
ALTER, DUM MOESTO CÆSAR AB ORBE FUGIT.
IN COELIS ORIENS, TU CAROLE MAXIME SOL ES,
SOL ORIENS ORBI MAXMILIANUS ERIT.
Per ambitum seu posteriorem partem Ecclesiæ
item à latere dextro..
Nic. Stuber del.
F. Xav. Iungwierth Sc. Monach.



EPIGRAMMA EMBLEMATICUM XII.


EX SEPULTURÆ LOCO ANSAM CAPIENS CAROLUM CUM AUG. PROAVIS CELEBRANDI.





FACTUM I.

EX



HISTORICO-ILLUSTRIBUS

AD ANNUM MDCCXVII.

PRO FIDE PUGNAT CONTRA TURCAS

ORDO
FACTORUM HISTORICO-ILLUSTRIUM.

NE A MAIORUM SUORUM CLARISSIMIS VESTIGIIS VEL LATUM UNGUEM DEFLECTERET CAROLUS, INERMEM NOLUIT RELIGIONEM, SED DISTRICTO ENSE COPIAS SUAS IN HUNGARIAM DUCIT ADVERSUS TURCAS, NEC GRADUM SISTIT, DONEC RECUPERATA IUNCTIS VIRIBUS ALBA GRÆCA, RELIGIONIS CATHOLICÆ LIMITES FORTITER DILATASSET.

Nic. Stuber del. *F. Xav. Iungwierth Sc. Monachij.*



FACTUM II.

EX

HISTORICO = ILLUSTRIBUS

AD ANNUM MDCCXXII.



INTER PRÆCIPUA CAROLI ENCOMIA ATTEXI DEBET, QUÒD MARIAM AMALIAM AUGUSTAM IOSE=PHI I. INVICTISSIMI QUONDAM IMPERATORIS FILI=AM SIBI SELEGERIT IN SPONSAM, QUÆ FAMOSISSI=MA ÆQUÈ EST, AC OLIM FORTISSIMA IUDITH; QUONI=AM TIMET DOMINŨ, NEC EST, QUI LOQUATUR DE ILLA VERBUM MALUM. Lib. Iudith. C. 8. v. 8.

Fr. Xaverij Iungwierth Sculps. Monachij



FACTUM III
EX
HISTORICO=ILLUSTRIBUS
AD ANNUM MDCCXXIX.



GLORIOSA CAROLO IN SÆCULA ERIT RESTAURATIO EQUESTRIS ORDINIS SUB TUTELA ET INVOCATIONE S. GEORGII MARTYRIS NONNISI MILITANTIS, UT INVIOLATÆ VIRGINI INVIOLATA PERSISTAT BAVARIA. IN FIDE, IUSTITIA, ET FORTITUDINE PRO VIRGINE PUGNARE SUOS EQUITES DOCUIT, QUI EX IURATO VIRGINIS CULTU NIL MAGIS QUAM FIDEM, IUSTITIAM, ET FORTITUDINEM COLERE DIDICIT.

Nic. Stuber del. *F. Xav. Jungwierth Sc. Monachij.*

FACTUM IV.

EX

HISTORICO = ILLUSTRIBUS

AD ANNUM MDCCXL.



SUPREMA IURIUM CAPITA, QUÆ HIC DELINEATA EXHI= BENTUR, AD STRINGENDUM PRIMO CALAMUM, DEIN GLADIUM STIMULARUNT CAROLUM, ET STIMULA= BUNT IN PERPETUUM SUCCESSORES AD GRATITUDINEM EO IMPENSIOREM, QUO ENIXIOR IN DEFENDENDIS IURIBUS FUERIT AUGUSTI ANTECESSORIS VIGILANTIA.

Nic. Stuber del. *Fr. Xaveri Iungwierth sculps. Monachij.*



FACTUM V.

EX

HISTORICO=ILLUSTRIBUS

AD ANNUM MDCCXLI.



HEROICUM CAROLI ANIMUM DEPRÆDICABUNT RERUM PRÆTERITARUM SCRIPTORES, QUOTIES DIFFUSO CALAMO OB= SIDIONEM DESCRIBENT, QUA BAVARO=SAXONES, MURIS IUXTA PROPRIAM CAROLI IMPERANTIS IDEAM CONSCENSIS, PRA= GAM TOTIUS BOHEMIÆ METROPOLIM FELICITER EXPUGNARUNT.

Nic Stuber del. *F. Xav. Iungwierth Sc. Monachy.*



FACTUM VI.

EX

HISTORICO = ILLUSTRIBUS

AD ANNUM MDCCXLII.



PRÆSENS EPOCHA IN DUPLICEM TRANSIT LAUDEM, ET INCERTUM FACIT, NUM PLUS EXTOLLI MEREATUR ELECTUS, QUÒD OMNIUM SE VOTIS EFFECERIT DIGNUM: AN ELECTORES, QUÒD IN TAM DIGNUM SUA OMNES CONGESSERINT VOTA.

Nic. Stuber del. Fr. Xaveri Jungwierth Sculps. Monachii.

ORDO EMBLEMATUM SIMPLICIUM.

A Cathedra concionatoria in ſitu quodam inferiori paulò ſupra baſin talis intercapedo erat usque ad Portam Eccleſiæ, ut quatuor Picturis minoribus commodum locum præberet. Quatuor ergo illuc diſtribuimus Emblemata, ſimplicia quidem, ſed moralia, partim quia Cathedra concionatoria ibi ſita erat, ceu moralium doctrinarum ſedes, à qua incipiebant duo priora; partim quia penès Portam Eccleſiæ, ſupra quam conceptus morales ſpirabant, collocanda fuêre poſteriora.

Ad Suggeſtum ſeu Cathedram concionatoriam.

EMBLEMA I.

Supra pulvinar Calvaria hominis demortui jacebat coronâ Imperiali tecta.

EPIGRAPHE.

Ne obliviſcaris in finem.

E regione Cathedræ Concionatoriæ.

EMBLEMA II.

Inſignia Imperatoris CAROLI VII. videlicet Coronæ, Sceptra, Enſes, Torques Equeſtres, Pomum Imperii &c. ſupra duo pulvinaria.

EPIGRAPHE.

quàm citò fallunt.

Propè Portam Ecclesiæ à latere dextro.

EMBLEMA III.

Chelys disruptis Fidibus supra mensam derelicta.

EPIGRAPHE.

mox concentus abest.

Propè Portam Ecclesiæ à latere sinistro.

EMBLEMA IV.

Feretrum luminibus undique circumdatum.

EPIGRAPHE.

In lucem hanc lux desinit Orbis.

In Presbyterio absidem ex utraque parte expleturi, duo alia affiximus Emblemata simplicia, Cæsaris Laudi dedicata.

A Latere Evangelii.

EMBLEMA I.

Hinc Instrumenta militaria,
illinc civilia prostabant.

EPIGRAPHE.

in utroque Cæsar.

A latere Epistolæ.

EMBLEMA II.

Mercurius alatus versùs Augustam CAROLI VII. effigiem intra nubes prospicientem, Pegaso insidens, tubam inflabat.

EPIGRAPHE.

Est immortale, quod opto.

ORDO

ORDO BAVARORUM PRINCIPUM

in Imaginibus XXXII.

Juxta Genealogiam Gevvoldianam (*)
à P.D. Josepho M. Maraviglia Cler. Reg. (**) illustratam

A

CAROLO M.

usque ad

CAROLUM VII. IMP.

AD BASES COLUMNARUM
Per totam Ecclesiam,
Adjunctis brevibus encomijs,
distributus.

Series Imaginum seu Statuarum in Presbyterio incipiebat ab uno Latere Ecclesiæ decurrens usque ad Portam Principem, & ascendens ab altero Latere item in Presbyterio desinebat.

Latus dextrum.	Latus sinistrum.

PRINCIPES.

1.	32.
CAROLUS M. Imp. & Bojariæ Rex.	CAROLUS VII. Imp. Boh. R. Bav. & S.P.D. Com. Palat. Rhen. Austr. Archid. S.R.I. El. L.L.

(*) Geneal. Seren. Bojar. Princip. (**) Vaticin. Glor. Bav.

Latus dextrum. | *Latus ſiniſtrum.*

ENCOMIA.

Orbis Triumphator, & Auguſtæ Domûs Bojcæ Propagator.

Avitæ Virtutis Æmulator, & Auguſtæ Domûs Bojcæ Amplificator.

PRINCIPES.

2.
PIPINUS.
Francorum Rex.

31.
MAXIMILIANUS EM.
Utr. Bav. & S. P. Dux. C. P. R. S. R. I. Elect. L. L.

ENCOMIA.

Magni animi Heros.

Turcarum Domitor.

PRINCIPES.

3.
BERNARDUS.
Italiæ & Bojariæ Rex.

30.
FERDINANDUS M.
Utr. B. & P. S. D. C. P. R. S. R. I. Elect. L. L.

ENCOMIA.

Italiæ Liberator.

Pacis Promotor.

PRINCIPES.

4.
PIPINUS
Junior.

29.
MAXIMILIANUS I.
Utr. B. & P. S. D. C. P. R. S. R. I. Elect. L. L.

La-

Latus dextrum. *Latus sinistrum.*

ENCOMIA.

Constantiæ Portentum. Germaniæ Pater.

PRINCIPES.

5. BERNARDUS Comes Lengenfeld.

28. WILHELMUS Vulgo V. Utr.Bav.D.C.P.R.

ENCOMIA.

In tenebris splendor. Religionis Zelator.

PRINCIPES.

6. ARNOLDUS Bojariæ Dux.

27. ALBERTUS vulgo V. utr.Bav.D.C.P.R.

ENCOMIA.

Inter arma fulmen. Justitiæ Assertor.

PRINCIPES.

7. LUITPALDUS Nor. & Bojar. D. March. Austr.

26. WILHELMUS Vulgo IV. Utr.Bav.D.C.P.R.

ENCOMIA.

Hungarorum Terror. Hereseos Exstirpator.

Latus dextrum.	*Latus sinistrum.*

PRINCIPES.

8.	25.
ARNULPHUS Bojar. Dux.	ALBERTUS Vulgo IV. Boj. Dux C. P. R.

ENCOMIA.

Utriusque sortis Victor.	Ævi sui Salomon.

PRINCIPES.

9.	24.
ARNOLDVS Bojar. Dux.	ALBERTVS vulgo III. Bojariæ Dux C. P. R.

ENCOMIA.

Magnorum Molitor.	Mundi Contemptor.

PRINCIPES.

10.	23.
BERCHTOLDVS Com. Schir. & Bojar. Palat.	ERNESTVS Bojar. Dux C. P. R.

ENCOMIA.

Integritatis Amator.	Tumultuum Sedator.

PRINCIPES.

11.	22.
WERNHERVS seu vulgo BABO Com. Schir. & Bojar. Palat.	JOANNES Bojar. Dux C. P. R.

EN-

Latus dextrum. *Latus sinistrum.*

ENCOMIA.

Prudentiæ Imago. Mansuetudinis Exemplar.

PRINCIPES.

12.
OTTO I.
Comes Schir. & Bojar. Palat.

21.
STEPHANUS Sen.
Boj. D. C. P. R. & Septemvir.

ENCOMIA.

Regnantium Speculum. Subditorum Delicium.

PRINCIPES.

13.
OTTO II.
Comes Schir. & Bojar. Palat.

20.
LUDOVICUS.
Imp. & Utr. Bav. D.

ENCOMIA.

Rei Catholicæ Fulcimentum. Fortitudinis Athleta.

PRINCIPES.

14.
OTTO III.
Comes Wittelspach. & Bojar. Palat.

19.
LUDOVICUS II.
Boj. D. C. P. R. S. R. I. Elect. & Archidap.

Latus dextrum. *Latus sinistrum.*

ENCOMIA.

Fidei Propugnator. Animorum Arbiter.

PRINCIPES.

15.

OTTO IV.
Boj. D. C. P. R. & Septemvir.

18.

OTTO VI.
Bojar. Dux. C. P. R. & Septemvir.

ENCOMIA.

Probitatis Cultor. Munerum Largitor.

16.


OTTO V.
Aliàs Magnus.
Com. Wittelspach. &
Bojar. Dux.

17.

LUDOVICUS I.
Bojar. Dux.
Com. Palat. Rhe.
& Septemvir.

ENCOMIA.

Jurium Vindex. Ecclesiæ Defensor.



ORDO

ORDO

Eorum, quæ Cryptam ſeu Principum Sepulturam exornabant.

Sicut liber patebat acceſſus ad Cryptam ſeu Sepulturam Principum, imò libera dabatur facultas litandi Deo ſuper Ara ibi appoſitè conſtructa; ita de lugubri loco illo debitè ornando proſpectum quoque eſt. Porrò inter frequentes Cereorum coruſcationes legebantur ſequentes

INSCRIPTIONES.

Ad murum ſupra verticem Feretri, in quo aſſervabantur Oſſa Auguſti CAROLI VII. Romanorum quondam Imperatoris Epitaphium juxta ſtylum Lapidarium Antiquo-Romanum cernebatur, prout ſequitur.

IMP. CÆS.

CAROLUS. VII.

SEMP. AUG.

Ex. Aug. Bav. Princip. Sang.

FERD. MAR. NEP.

MAX. EMAN. FIL.

Orbi. Nomen. Huic. Monumento.
Exuvias. Reliquit.

Tandem, quia in Testudine Cryptæ obturandum erat grande quoddam foramen: rotundâ Tabellâ ad id muneris usi sumus, supra quam ex Seneca in Octavia *Moralis Carminis Fragmentum pictis characteribus exarari curavimus.*

Regitur Fatis mortale genus,
Nec sibi quisquam spondere potest
Firmum & stabile, pérque casus
Volvitur varios semper nobis
Metuenda dies.

Supra Portam

Cryptæ seu Sepulturæ Principum.

AUGUSTI BAVARIÆ PRINCIPES
Hîc,
Quod mortale habent,
deponunt.

Hæc porrò, quamvis pro dignitate Cæsaris pauca, pro brevitate tamen temporis videntur satis multa. Quamobrem Vela Funesti hujus Operis contrahimus, & ad inserendam duntaxat hîc Orationem funebrem, quam 5tâ die Aprilis linguâ vernaculâ peroravimus, in supplementum superstitis adhuc Maximi Cæsaris laudis, animum calamúmque convertimus, nil magìs in votis habentes, quàm ut Deus ter Opt. Max. Augustam Domum Bavaricam largis Benedictionibus perenniter fœcundet, ac depulsis tam atræ tristitiæ nubibus, Bavariæ nostræ lætiores oriri faciat Soles.

EXPLICIT.

Leich=







